

in^k omnes fideles Christi rogamus et obtestamur, si habere partem in^l
 55 Christo cupitis, summopere instate, ut tam seua pestis, quę in vestros (?)^m
 iam populos usquequaque seviendo eterna morte multavit, vestra auctori-
 fol. 75^r tate et exemplo | penitus destruat, ne ulterius – quodⁿ absit – in¹⁸ *Spiri-*
tum sanctum peccetis^o quod^p *neque hic neque in futuro seculo remittetur*^q.

Referentibus illis proceribus qui fidem catholicam corde, ore, manu cruore-
 60 que fundaverunt, agnovimus quod altitonans Deus Leviathan¹⁹ crudelissi-
 mi detestabile os perforaret hamo passionis, dignatus sit induere videlicet
 factus homo²⁰ carnem nostrę mortalitatis, et, ut auferret ab eius faucibus
 iniuste prevaricatione²¹ prothoplausti dampnatos, contra mortifera illius
 venena nequitię propinavit nobis antidotum pēnitentię. Qui carnaliter fin-
 65 nes Iudaicę regionis predicando eandem pēnitentiam circuiens templum-
 que²² patris Ierusalem sacratum causa orationis assiduę repetens, quadam
 die secundum morem advenit factoque flagello de resticulis^r omnes ven-
 dentes et ementes de templo eiecit. Inter quos vendentium columbas pro-
 pria virtute, fulmineo vultu assumpto, evertit indignissimas impiorum
 70 cathedras. Quid ergo fratres, quid mystice innuunt ista? Numquid venden-
 tium oves et boves evertit proprias sedes? Non utique sed solummodo
 vendentium columbas. Quid igitur cathedrę columbas vendentium nisi fi-
 dem hereticorum signant? Ut enim quadam similitudine quilibet insede-
 fol. 75^v re²³, ita requiescit fides in corde, iuxta illud: corde²⁴ creditur ad iustitiam. |
 75 Quid ergo columbę nisi Spiritum sanctum²⁵ qui in specie columbę super
 baptizatum Dominum descendit, significant? Ergo si ita est, immo qui^s ita

k) et *Th.* l) cum *Th.* m) innumeros *Th.* n) *Doppelt F₁.* o) pecca-
 re *Th.* p) *Fehlt Th.* q) remittatur *Th.* r) funiculis *Ioh. 2, 15, vgl.*
aber Augustin, Tractatus in evangelium Iohannis 10, 4, CC 36 (1954) S. 102, 5 f., der
den Vers zitiert: et cum fecisset quasi flagellum de resticulis. s) So *F₁* wohl für
 quia.

18) Matth. 12, 32.

19) Vgl. Iob 40, 19–20: ... *et in sudibus perforabit nares eius. An extrahere poteris*
leviathan hamo et fune ligabis linguam eius?

20) Vgl. Ioh. 1, 14.

21) Vgl. Rom. 5, 14.

22) Vgl. Ioh. 2, 13–16; Marc. 11, 15; Matth. 21, 12.

23) Diese Stelle scheint verderbt.

24) Rom. 10, 10.

25) Vgl. Luc. 3, 22; Matth. 3, 16; Marc. 1, 10; Ioh. 1, 32.